

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Pro morum, virtutum vitaq[ue] Christi Iesu imitatione, Precatio I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

dixit illæ : hæ merces, quibus viles illas sarcinulas, nos videlicet, comparasti tanti nos faciens, ut amore nostri ceu ebrius te ipsum non modo in poenas & opprobria, sed in mortem etiam vltro offerres.

Igitur pro his singulis & vniuerbis, quæ ab ipsa suscepæ humanitatis hora, usq; ad passionem tuam fecisti & sustinuisti, omnifarijs humanæ passibilitatis te exponens miserijs, innumeris afflictionibus & incommodis, adoro te Saluator noster amabilissime, benedico te & gratias ago tibi : & pro perfectissima virtute tua sanctitate, quam nobis ceu clarissimum omnis perfectionis speculum, atq; (vi pius pater & magister) exemplum imitandum prætendisti. Nihil omnium omisisti benignissime Pater, quo posses ostendere, quanta nos dilectionis exuberantia attrahere gestis.

Pro morum virtutum, vite &c. Christi Iesu imitatione, Precatio I.

PEr hæc singula vniuersaq; ardentiissimi erga nos amoris tui mirabilia, obsecro te suauissime amator, ut viliissimum me peccatorem in gratiam tuam recipias, peccata mea, & quicquid tibi in me displiceret, à me misericorditer tollas, faciasq; me dulcissimos vitæ tuæ mores pia semper & deuota consideratione inspicere, & omnes gestus, actusq; meos secundum normam vitæ tuæ semper formare atq; dirigere.

Fac me quoq; verè humilem & mitem corde, semper in oculis meis vitem, & ad quæcumq; aduersa paratum, ut ea alacriter de manu tua paterna suscipiam : atq; fidellem seruum me tibi efficias, regas, & solus secundum tuum beneplacitum perpetuo posideas, Amen.

Actio gratiarum pro Fili⁹ Dei venditione, & pedum discipulorum ablutione, sacramentiq; Eucharistie institutione.

C A P V T . II.

Mat. 21.

Luc. 19.
Mat. 21.

Mat. 26.

Joan. 12.

Mat. 26.

Luc. 22.
Joan. 13.

BEnignissime Iesu, laudo & adoro te, & gratias ago tibi, qui inter varia laudis & honoris præconia, quibus te in asello sedentem ac Hierosolymam aduenientem, plebs tibi cum ramis arborum & oliuarum frondibus occurrens, exceptis vrbis, immo magis animarum in ea excidium fleuisti, quiq; vrbem ingressus, illic ad templum, vbi animas iugi prædicatione & ardentissimo zelo Patri adducebas, te contulisti: indeq; ementes atq; vendentes eiecisti. Porrò per totam diem prædicantem, vesperæ cùm nemo esset, qui te inuitaret, ut alienigena hospitioq; indignus, post tantos labores in Bethaniam ieunus redijisti. A peruerso & infideli tunc discipulo tuo Iuda, vili precio, trigesim⁹ scilicet argenteis, quoq; venditus fuisti, propter opus bonū quod in te amantiissimo Magistro suo feruentissima amatrix & discipula tua Maria Magdalena operabatur, quæ vnguentum pretiosum super benedictum tuum caput effuderat.

Gratias etiam tibi ago Domine Iesu, pro admirabili illa tua humilitate, qua tu omnipotens & tremenda maiestas Dominus, agnum paschalem, agnus ipse paschalis iam iamq; pro nobis immolandus, cū pauperculis discipulis comedisti: ad quorum etiam pedes lauandos, & lintheo quo eras præcinctus extergendos, & superbenedicto ore tuo affectuofissime perosculandos, humillime te inclinasti & procubueristi: & etiam Iude proditoris tui, cuius omnē tamen iniquissimi cordis clare perspectisti malitiam.

Deinde

